

men obtusus est: hæc autem major inæqualitas infinite potest auferri.

11. *Acutus est obliquus minor recto. 12 d 1.*

Ut *a e i*. Hic genus idem intelligatur, quia non omnis angulus minor quolibet recto acutus est: nam rectus semicircularis & sphericus minor est recto rectilineo, neque tamen est acutus.




P. R A M I G E O M E T R I Æ L I B. I I I I.

D E F I G U R A.

1. *Figura est lineatum undique terminatum. é. 14. d. 1.*

Sic triangulum *a e i* est figura, quia est planum tribus lateribus undique terminatum. Sic circulus est figura, quia est planum una peripheria undique terminatum. Sic 14 d 1 figuram cū definit Euclides, quod ab aliquo, aut ab aliquibus terminis comprehenditur, lineam figuram non facit, cum linea duobus tantū punctis ad extrema duo terminetur, neq; longitudo sola ex pers latitudinis potest in latum terminari. Figura itaque lineatum terminatum est, sed sequentia figuræ genera in superficie & corpore rem totam declarabunt.



2. *Centrum est punctum in figura medium. é. 16. d. 1.*

In figuræ parte aliqua spectantur centrum, perimeter, radius, diameter, altitudo. Centrum igitur est punctum in medio figuræ: sic in triangulo, in quadrato, in circulo cētrum est

*a, e, i*. Centrū videtur Euclides 16 d 1 & 16 d 11 rotundæ figuræ propriè attribuere, quomodo & Apollo oraculi sui carmine definivit.

